

nos christus verbo et exemplo. **Johannes** octavo. Ego gloriam meam non quero, sed honorifico patrem meum. **Et iterum** si ego glorifico meipsum gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me. **In hoc etiam actu Augustinus imitatus** fuisset cum dicebat quarto libro confessionum. Tu refulges et places ut abiciam me / et eligam te. nec michi nec tibi placeam nisi de te. **Tercio perfectio ierarchica attēditur** in mentis ad deum perfecta subleuatione. Sicut mens christi fuit perfecta unione ad deum iugiter sublimata. **In tali sursum actōe** meū reducat ad diuine assimilatiōnis conformitatem secundum **Opusium**. Unde tales mentes solum sapiunt ea que sursum sunt / non que super terram. **Ac per hoc iam sibi non viuunt / sed deo cum apostolo Gallatas secundo**. Ad hanc etiam perfectiōnis sublimitatem Augustinus perueniat / ut patet in libro meditationum ubi sic dicit. Ecce domine dum tibi mens mea suspirat / et tuam ineffabilem pietatē meditatur / ipsa carnis sarcina minus grauat cogitationum tumultus cessat / pondus mortalitatis et miseriarum moere solto nō habet / silent cuncta / tranquilla sunt omnia / cor ardet / animus gaudet / memoria viget / intellectus lucet / et totus spiritus pae dulcedine visionis tue accensus in inuisibilem amorem capi se videt. **Hec tali tanta subleuatione mentis contentus subdit**. Assumat queso spiritus meus pennas / ut aquila volat / et non deficiat usque ad coram deo tuo. **Et thronum glorie tue**. **Item de hoc paradiso celesti exiit Augustinus** quantum ad omnes tres actus ierarchicos predictos sibi celitus infusus. **Item per gratiam dei meruit purgari illuminari et perfici**. **Et per hoc dicitur ipse de paradiso celesti exiisse**. **Pro quantum hec de celo ad deum diuinata existit**. **Tercius paradisi est subcelestis** / qui est duplex / scilicet terrestris et spiritus. **De terrestris nichil ad presens**. **De spūali autem paradiso habitum est in sermone precedente super illo**. **In delicijs paradisi dei fuit**. **Et ibi de hoc paradiso spūali dicta sufficiant in proposito hec**

ccccxix **Sermo secundus**

Dixi rigabo ortum plantatum / et inebriabo partem mei fructum. **In istis verbis sanctus Augustinus attollitur** quo ad finalis studii fructum et utilitatem. **Da cur**

enim intelligi qua sine et qua intentione ipse dicitur triplici paradiso preiorum exiit / doctrinam suam de paradiso acceptam alijs communicando. **Item inquit in corde meo decreui et intendo**. **Rigabo ortum plantatum** / **Ubi inquit duplicem fructum doctrine sue secundum duo genera hominum**. **Quidam generaliter fideles in ecclesia**. **Et de illis dicit Augustinus** ortum plantationis / id est ecclesiam secundum gloriam que est ortus in quo plantauit dominus fideles. **Secundum illud Genesim primo**. **Plantauit dominus paradisum voluptatis a principio**. **Hunc ortum a christo plantatum Augustinus sua doctrina rigant**. **Unde dicit Augustinus** scilicet fluentis doctrine / ut videlicet ecclesiam et corda hominum fructificare faceret. **Beus faciunt qui docent vel predicant / non ut ecclesiam vel corda hominum acquirant**. **Et tales questum estimant esse pietatem ut dicit apostolus**. **in thimo. ultimo**. **Aliud est genus hominum Augustinus singulariter familiarium et domesticorum** quales sunt religiosi sub sua regula militantes. **De quibus subdit**. **Et inebriabo partem mei fructum** / id est filios meos quos peperit sub obseruantia regulari ut accedat illud Gallatas quarto. **Filioli mei quos iterum parturio**. **Et istos filios religiosi specialiter dicit esse partem sui** / fructum partus mei inquit. **Item sic dicit de ortu plantationum ubi non addidit mearum**. **Plantare enim ecclesiam solius christi fuit**. **Item rigare eam fuit apostolorum et doctorum**. **De istis autem singularibus filiis non dicit plantare nec rigare** / quia iam plantati et rigati fuerunt in ortu ecclesie sicut alij christiani / sed postquam intrauerunt religionem facti sunt fructus partus sui. **Item enim in christo hiis per regulam eos genuit**. **Unde in sermone ad fratres heremitas de tribus generibus monachorum sic loquitur Augustinus**. **Fratres mei et filii quos cotidie parturio in visceribus caritatis / vos estis vinea mea electa in medio ecclesie plantata / christi sanguine redempta et irrigata** / ad hanc vineam ego solus dei virtute vos congregavi et operarios meos feci / ut laborantes in ea usque in finem fructum recipatis in tempore suo. **De istis inquit dicit quod vult eos inebriare**. **Inebriabo inquit partem mei fructum**. **Inebriare dicitur quasi extra biaz** / id est mensuram que est in statu communi ponere. **Et quidem beatus Augustinus ecclesiam sua doctrina saluberrima rigant** / sed filios sue regule specialiter inebriant